

578

QVÆSTIO MEDICA
CARDINALI TUIS DISPVTATIONIBVS MANE
AGITANDA IN SCHOLIS MEDICORVM, DIE IOVIS
XV. MARTIS M. SIMONE LE TELLIER DOCTORE MEDICO REGIO, MODERATORE.

An colico dolori narcotica cathartica miscenda?

CIRCULI definiti neque principium, neque finis, ita nec corporis humani: naturæ integritas in vnione, à cuius diuisione calamitas omnis, morbus & dolor; non humoris, sed partis naturâ, sensu, tactu-ue tristi definiendus: non dolore, at potius stupore fallendus, sedandus; dolori maxime contraria h̄ *réprouée* à *la doctrine*; sed fallendo dolorem plerumque fallitur æger: imo medicus mollior ægrorum gratiam affectans vniuersam corporis œconomiam immodico narcoticorum vsu labefactat, stupor degenerat in paralysem, motus *à propos*, mortem ipsam: qui si hæc pertinaciter refugit, doloribus ægrum iugulat: peritus vero in intollerabili hoc symptomate, non ommissa causæ consideratione, euacuantibus admixtis, hæc statim ab initio turò vsurpat.

VLLA pars corporis magis dolori exposita est, quam intestina, temperamento & complexionem sensus exquisitissimi: quorum colon, vt amplissimum, ita doloris est capacissimum, pituitæ crudæ & vitreæ velur officina, ac flatuum receptaculum: ab illâ quasi ab infixo palo, ac perforante terebrâ alid excurians dolor, febris expers, nauca, vomitus (vomitu non cruidus) & vrinæ biliosa; hydrops, atonicis & paralyticis prænunciis, in quam illæso etiam neruorum principio degenerat: frigidum autem phlegmatis contumax congestio in schirrum lethalem abit, autophum, denique in lapidem obdurefcit.

LATVS cruditatis soboles, peristalticâ facultate imbecilliore in intestinis retentus sicuti torminis, & crudelissimi cruciatus patens est, qui pro coli intestini circunvolutione à dextro rene in sinistrum excurrit, & per totam inferioris ventris regionem distendens & lancinans oberrat, hic situ & symptomatis nephriticum minus representat, fixus est, ille vagus atque obmurmurans, huic vesica, illi aluus strictior, & vomitus grauior: ab hysterico etiam videnti potissimum causâ, distinctus. A pertuaci flatu coli, hydrops siccus, curata difficilis; vt & dolor, qui peritonæum & abdomen distentione male exercet, & colici specie eludit, qui nothus membranarum dolor colicus Pictonibus familiaris Parisiensibus medicis haud incognitus est.

BILE rarior colicus dolor, sed acutior, morbi biliosi soboles, dilacerat, atque erodit, hinc igneus ardor vrit, sitis inexhausta, vigilæ, febris misere conuellunt multo magis in phlegmone coli, quæ ventris pulsatione se prodit, præsentis haud experti periculi; in hac, natura se se contrahit, sistuntur feces & vrinæ; vnde grauelens nauca, voluulus, interiorum ardor igneus, extremorum refrigeratio, lipytia: atrocia vbi que huius morbi symptomata, cui vana multa, alaudæ cineres, cingula è corio lupi, vmbilicus & membrana capitis pueri recens nati, &c. eiusmodi. Vanissima amuletorum superstitio.

IN medendo experientia sæpe fallax, occasionem acri iudicio arripere artis est opus: colico dolori intemptius plerumque balnei & clysterum vsus, qui dum præscribuntur, cauendum est à lentis, viscidis, & vehementer calidis, vinum vetus, & tenuium partium fœtu, & iniectione est amicum. Colicæ à flatu cucurbitula suum est remedium: *φλεγμονώδη*, venæ sectio *κατ' ἐπαρσίτην* in brachio & pede celebranda; pituitosæ, & biliosæ plerumque necessaria, quibus frustra aliud remedium præscribes, nisi sedando dolorem pituitam & bilem expurgaueris, quod securè præstabis si cathartico analogo narcoticum tum simplex, tum compositum immisceas: omnium efficacissimum est opium, quod non tam frigore, quam peculiari facultate se prodit.

Ergo colico dolori narcotica cathartica miscenda.

Proponerebat Lutetiæ FRANCISCVS BOVIOYNIER, Abauilleus. Ann. R. S. H. M. DC. XVIII.

